



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Antidota Evangelica contra horum temporum hæreses**

**Stapleton, Thomas**

**Antverpiae, 1595**

24. In se reuersus dixit, &c. Surga[m], & ibo ad Patre[m] meum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-39546**

*quasi non vitantur; sed quod verior & melior modus non sit, solum Apostolorum exemplū sufficiens demonstrauit.*

## IN LVCAE CAP. 15.

10. *Gaudium erit in cælo & coram Angelis Dei.*

**S**OLO ENT hæretici Sæctos in cælo mortuos Sancti invocare, & eorum quæ hic aguntur penitus cælo nostra cognoscuntur. ignaros afflere, vt sic eorum inuocationem planè ridiculâ esse ostendat. Sed quum de Sanctis dicat infrâ Christus, quod erunt æquales Angelis Dei. Luc. 20. hic autem conuersione pœnitentiū adeò Angelis notam affirmet ut de ea in celis gaudeat, manifeste sequitur, beatis quoque in cælo regnantiibus eandem esse notam. Nulla autem ratio est, cur iustorum preces & vota non cognoscant, qui peccatorū pœnitentiā cognoscere, & de ea lætari possunt. Nec æquales Angelis Sæcti essent, nisi in eodem saltâ scientiæ genere paritas & similitudo foret.

24. *In se reuersus dixit, &c. Surgā, & ibo ad Patrem meum.*

**H**AERETICI hodie, vt solius fidei iustificantis dogma stabiliat, ne ipsa quidem pœnitentiā ad remissionē peccatorū necessariâ esse volunt. Docet quippe pœnitentiā ex fide iustificante nasci, & nemine pœnitere posse nisi qui iam sit filius Dei, & per fidem specialē Deum sibi propitiū credat. Sic latè & accuratè Caluinus Institut. lib. 3. cap. 3. num. 1. Hac hæresim hæc sola parabolade filio prodigo luculenter conuincit. Hic enim in exemplo maximæ misericordiae Dei quod à Christo proponitur, ea non confertur, nisi reuersus prius peccatori in se per odiū peccati, & spem

M m 2 ve-

Pœnitentiā  
tiæ doctrinæ  
Caluino  
corruptæ

veniae concipienti, quod utrumque illis verbis expressit, *Quanti mercenarij, &c. Ego autem fame pereo: Nec nisi cum emendationis proposito, & inuocatione Dei, quod expressit quem diceret, Surgam, & ibe ad Patrem meum, quod est relinquere peccatum, & ire ad Deum, & dicam, Pater peccavi, &c.* Tunc demum accurrit Pater, & audit a confessione peccati, iubet redi*stolam primam.* Rursum quum idem Calvinus penitentiā ponit in solo quotidiano profectu iusto. rū, eodem lib. & cap. num. 8. ut sic penitentiae necessitatem & usum, qualiter seruat Ecclesia, explodat, verba Christi in hoc cap. illam euidenter refutant ubi dicit: *Quia super 99. iustis qui non indigent penitentia.* Hic enim necessariō fatus est, aliquā esse penitentiam peccatoribus necessariam, qua iusti non indigent. Deinde quotidiano profectu omnes iusti indigent. Vide ampliore hac de re contra Calvinū disputationē in Prompt. nostro Catholico.

In parte  
Quadra-  
gesim. in  
Sabbat.  
hebd. 2.

## IN LVCÆ CAP. 16.

9. *Vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.*

Elemo-  
synarum  
retributio  
æterna.

Calvini  
cauillatio  
duplex  
rejicitur.

**Q**UAM duo hic locus doceat, eleemosynis recessere, ut SS. Patres docent in Prompt. Cath. in Dom. 8. post Pentec. a nobis citati, utrumque conuelli Calvinus. Prior, quia Christus humano more loquitur, nostrā videlicet humanitatē oportuni refugei nobis instar fore, sicut aduerso casu perculsus ab illis sustentari solet quibus in prospera fortuna beneficit. Posteriorius, quia hoc modo periret omnis eleemosyna quae indignis impeditur. Illi enim pro nobis intercedere non possunt. Sed utraque cavaillatio insulsa est. Prior, quia Christus non solum humano more loquitur de aliquo refugio oportuno humanitati nostrae reddendo, sed diuino